

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium a
cum uariis

Nolite iudicare. Hoc loco nichil aliud nobis precipi existimo nisi ut ea facta que dubium est quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est: a fructibus eorum cognoscetis eos. De manifestis dictum est que non possunt bono animo fieri. Sunt quedam facta media que ignoramus quo animo fiant quia in bono et malo fieri possunt de quibus temerarium est iudicare maxime ut condempnemus.

Augustinus contra Manicheos libro II.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

nobis] ei *add.* (*del. sub lin.*) C; animo] modo P V¹ V² L¹ L²; est *om.* P V¹ V² L¹ L²;
Augustinus] de sermone domini in monte, super illud Matthei. Nolite iudicare, et *add.* V²
L¹ L²; Manicheos] machineos V¹